



LVDOVICI MOLINAE
E SOCIETATE IESV,
DE IVSTITIA ET IVRE
TOMI TERTII
PARS PRIOR.

DE MAIORATIBVS
Bonorumve externorum vinculo.

DISPVATIO 576. A

De varijs in Hispanijs bonorum
vinculis.

SYMMARIVM.

- 1 Ordo ad precedentia.
- 2 *Varia Regum publicarum regimina. Et varia in Hispanijs successio Regum tempore Gothorum, & a tempore Pelagij.*
- 3 Reges electione in Hispanijs tempore Gothorum creabantur.
- 4 A tempore Pelagij succedunt via generationis, & cur id sancitum sit.
- 5 Quis ordo prescriptus ab eo tempore sit in Hispanijs succedendi in Regno, & cum quanta representatione.
- 6 Regni Castelle insignia quae, quando ceperunt, attulit, fuisse.
- 7 Castelle regnum primogenij ac maioratus rationem habet. Est caput ceterorum maioratum. Atque constituta circa illud, locum similiter habent in alijs maioratibus, quando aliud ab institutoribus non reperitur expressum.
- 8 Reges quousque de bonis coronae regni donare possint, eaque alienare. Et qui maioratus de bonis coronae regni sint proprie censendi instituti.
- 9 *Maioratus proprie de bonis coronae regni instituti, a Rege creantur. Et censentur creati instar maioratus regni, nisi aliud exprimat. Vt expressum est quoad bona ab Henrico II. donata.*
- 10 *Donata in Lusitania a Regibus de corona Regni, legitimali valde arte subiunguntur, & quid ea lex contineat, & quando subiecta ei legi non sint.*
- 11 *Maioratus qui a privatis de ipsorum bonis consti-*

Tom. III.

tuantur. Et quando ad eos instituendos Regis facultate non indigeant. Et quos vocare debeant, si descendentes habeant, & ultra quintum, de tercio illos instituant.

12 *Maioratus, etiam de parte legitimae ascendentibus, aut descendentibus debitis, institui non consentientibus illis, ex regia facultate potest.*

13 *In maioratibus de bonis institutoris creatis, si succedunt, quos institutor vocat, & eo ordine, quo eos vocat. Et quos, & quo ordine vocare tenetur, si de tercio descendentibus debito, illos instituat: quando autem aliud non disjunct, ordine succeditur circa successionem in regno prescripto.*

14 *Qui maioratus patronazgos aliquibus in locis nuncupentur.*

15 *Institutio quando censenda sit maioratus, & quando capella, ut tota iurisdiclio circa illam ad potestates ecclesiasticas pertineat, ut in Lusitania sit definitum.*

DISPVTATIONE tertia, huius tractatus secundi de iustitia, distinctimus dominium iurisdictionis a dominio proprietatis, & quid vtrunque esset explanauimus. A disputatione vero 12. de dominio iurisdictionis differimus, illud diuidentes in dominium iurisdictionis spiritualis, & in dominium iurisdictionis temporalis: atque de vtriusque origine, partibus, ac qualitatibus diximus. A disputatione autem 32. vsque ad hanc, duobus tomis de iustitia precedentibus, varios titulos explicauimus, quibus iura ac dominia (maximè proprietatis) acquiruntur, & amittuntur. Nunc vero (interim dominium iurisdictionis spiritualis relinquentes, de quo plura dicere, non ad

A rem

rem hanc de iustitia, tamen tractatu s, aliquid obiter dicemus, scilicet ad tractationes de fide, religione, ac sacramentis, dicere spectat de vinculis, quibus dominia iurisdictionis temporalis, & dominia proprietatis, in Hispanijs afficiuntur, vt vnica ac indiuisa maneant, ceteroque ordine ad eos solos deriuentur, qui ex prima institutione, eorumque vinculo, ad illa vocantur, et dicendum.

Disputatione 23. tres species supremi domini iurisdictionis temporalis, cum communi doctorum sententia, distingimus; praeferantissimumque esse ostendimus Monarchiam, hoc est, vnius principatum, seu regnum. Diximus praeterea, quemadmodum species alias supremi domini iurisdictionis temporalis, fieri etiam regnum posse variè constitui; tum quoad maiorem, vel minorem, Regis in republicam, & in partes illius potestatem; tum etiam quoad successiorem, vt mortuo vno, alius eligatur, aut vt generatione ex primo Rege ceteri succedant, aut vt masculis, vel etiam feminis, in defectum masculorum, prout fuerit constitutum. Et quidem in Hispanijs constat, aliter successisse Reges tempore Gothorum ante Hispaniarum deuastationem sub Roderico; & aliter à tempore Pelagij in Legionibus, & Castella: in partibus principatus videtur fuisse successio in ceteris, post Pelagium Hispaniarum regnis, Aragonia videlicet, Navarra, & Lusitania. quia omnia temporis progressu tandem corona Legionibus & Castelle reunita sunt, accedente his nostris temporibus nouissimo omnium Lusitania regno, morte Henrici, cui Philippus secundus Rex noster Catholicus ac potentissimus, successit.

Vt, tum ex chronicis, tum praecipue ex varijs Concilijs Toletanis, & antiquissimis Hispaniarum legibus constat, Gothorum tempore ante Hispaniarum vastationem Reges Hispaniarum electione primatum gentis Gothorum, ac Episcoporum, creabantur. In quarto enim Toletano Concilio sub Iudico canone vltimo sic scriptum legitur. Nullus apud nos sub presumptione regnum arripit, nullus excuset mutas seditiones ciuim, nemo medietur interitus Regum: sed, defuncto in pace principe, primates totius gentis, cum sacerdotibus, successorem regni consilio communi constituant, vt dum vnitatis concordia auibus retinetur, nullum patrie, gentisq, dissidium, per vim, atque ambitum moliantur. Et in quinto Toletano Concilio sub Eugenio Can. sic habetur. Quoniam sunt inconsiderata quorundam mentes, & se minime sapientes, quos nec origo ornat, nec virtus decorat, qui passim, licentibus, putant, ad regalis maiestatis peruenire fastigia; huius rei causa nostra omnium, cum inuocatione diuina, profertur sententia, vt si quis talia medietatus fuerit, quem nec electio omnium praeficit, nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, sit consortio Catholicorum primatus. Et in Concilio sexto, sub Salua Narbonensi Episcopo Can. 17. & 18. repetitis canonibus proximè relatis, sic subiungitur. Rege vero defuncto, nullus tyrannice a presumptione regnum assumat, nullus sub religionis habitu detonsus, aut turpiter decalatus, aut seruilem originem trahens, vel extraneus gentis homo, nisi genere & moribus dignus, promoueatur ad apicem regni. In electione etiam Ervigij Regis, de qua in initio duodecimi Toletani Concilij est fermo, perspicue etiam constat, Reges solum tunc eligi procerum & Episcoporum suffragijs. Idem (referente Molina lib. 1. de primogenijs, c. 2. num. 11. iuncta annotatione prima, quam in eum locum in calce totius operis addidit) constat ex antiquissimo Hispaniarum libro, qui Forus iuzgo appellabatur, in cuius proemio, l. 1. sic habetur. En esta ley dize, como deuen ser eleydos los Principes, y que las cosas que ellos ganen, deuen fincar à el Reyno. Et l. 2. habetur. Donas esí ablecemos, que de aqui adelante los

Reyes deuen ser eleydos en la ciudad real. (Hoc est, Toleti, vbi sedes regia tempore Gothorum erat) o en aquel lugar donde murio el otro Rey, con consejo de los Obispos, y de los ricos omes de la corte, y del pueblo, y no deue ser eleydo de fuera de la ciudad, ni de consejo de pocos, ni de villanos del pueblo. Et aliquibus interiectis, additur. Mas las cosas, que ellos ganaren, no las deuen auer ninguno de sus hijos, sino como madre el Rey. Y las cosas que fincaren por ordenar, deuen las auer sus sucesores. Y las cosas, que eran suyas proprias, y que ganaron antes que fuesen Reyes, deuen auerlas sus hijos o herederos. Idem constat ex l. 4. & sequentibus in eodem proemio. Hic verò succedendi in regno modus orum habuisse videtur à consuetudine inter Gothos, qui Hispanias bello occuparunt, sibi deligendi supremum ipsarum ducem, defuncto antecessente. Summis verò collo Ecclésiæ, Episcoporum suffragia, vna cum procerum laicorum suffragijs, ad Regis electionem admitterent.

Postea verò, occupatis à Saracenis totis ferè Hispanijs, tempore Pelagij, qui collectis in Asturijs reliquis Christianorum, tanquam illorum omnium Princeps ac Rex, bella gerere aduersus Saracenos, recuperaretq; Hispanias cepit, cessauit Regum successio electione, viaque generationis ex eodem Pelagio, modo statim explicando, succedere ceperunt. Sulpicio, Hispanos enim modum successiorem Regum communi consensu delegasse, ac statuit tunc, abrogato illo alio iuri. Tum propter incommoda maxima, quæ ex illo alio illuc vsque fuerant experti, quorum mentio fit in Concilijs Toletanis citatis; parandi videlicet mortem Regibus iam electis, vt posteriores alij de republica in illorum locum succederent; ambitus, factionum, & seditionum in notio Rege creando; perniciosi valde odij inter Regem nouum electum, eosque, qui illius electionem, vel non fauissent, vel etiam aduersarij fuissent; & similia malorum, quæ Regum successio per electionem fecum afferre solet. Tum etiam, vt pauci Hispani, qui sub Pelagio Principe residui erant, ea ratione vnanimes essent, magisque inter se vnitati, ad Saracenos resistendum, belloque Hispaniam recuperandum. Tum denique, quoniam masculi Regum via generationis, vt longè minora mala fecum afferre solet, multoque consonantiori rationi est, quam successio per electionem; ita longè frequentior est in tota orbe, esseque proinde potius debuit in Hispanijs, quam illa alia per electionem: factisque eum vltima hac ratione consentium, qua l. 5. & quibus sequentibus, tit. 1. & l. 2. tit. 1. par. 2. de Rege, illiusque successione, traduntur.

Lex 2. proximè citata, tit. 1. par. 2. explicans, quo ordine iure maioratus, seu primogenitura, Regum, tum in alijs orbis partibus, in quibus, non electione, sed generatione in eo succeditur, tum praecipue in Hispanijs deferatur, sic habet. *Mayor en nacer primero, es nury grande señal de amor, que muestra Dios à los hijos de los Reyes, aquellos que el le da entre los otros sus hermanos, que nacen después del. Ca a quel a quien esta honrra quiere fazer, bien da a entender, que lo adelanta, e lo pone sobre los otros, porque le deuen obedecer, e guardar, assi como à padre, es senior.* Et infra. *Los omes sabios, e entendidos, catando el pró communal de todos, e conociendo, que particion non se podia fazer en los Reynos, que destruydos non fuesen. Segun nuestro Señor Jesu Christo dixo, que todo Reyno partido seria estragado, auerion por derecho, que el seniorio del Reyno, no lo oniese sino el hijo mayor, después de la muerte de su padre. Y esto yaron siempre en todas las tierras del mundo, do quier que el seniorio ouieren por linage, e mayormente en España. E por el casar muchos males, que acacieron, e podrian auer fechos, pusieron, que el seniorio del Reyno heredasen siempre aquellos,*

aquellos, que vniessen por linea derecha. E por ende establecieron, que si bho varon no ouiesse, la bvia mayor heredasse el Reyno. E a vn mandaron, que si el bho mayor muriesse, se dexasse bho, o bvia, que ouiesse de su mayor legítima, que aquel, o aquella lo ouiesse, e non otro ninguno. Pero si todos estos falliesen, deue heredar el Reyno el mas propiunquo pariente, que ouiesse, siendo ome para ello, non auiedo fecho cosa, porque lo deuiexse perder. &c. Vbi vides, successiorem in regno, iuxta eam legem, consuetudinemque; Hispaniarum, esse per lineam descendentem ab vltimo possessore, ita vt masculus praeferatur feminis, & temper primogenitus masculus legitimus, praeferatur ceteris posterius natis, & sic ordine quodam. Vnde, quia id, in quo ita succeditur, debetur primogenito, appellatum est primogenium, & quia debetur maiori natu, corrupto vocabulo, Hispanice est appellatum *mayorazgo*, à maiora in nacer, de qua sermo est in principio legis 2. in verbis proximè relatis. In defectu verò masculorum descendentiū, succedunt feminæ, ordine etiam naturalitatis. Item vides, in ea linea, mortuo filio maiori natu, relicta sobole legitima, etiam feminæ, admitti representationem, cuiusmodique nepotem maiorem natu, & neptem in defectum nepotum, praefertur patru, filio vltimi possessoris, etiam si coniuñctior sit vltimo possessori, & maior natu, quam talis nepos, aut neptis. Vides praeterea, in defectum omnium descendentiū legitimorum, succedere consanguineum legitimum in linea transeuntis, qui propinquior vltimo possessori. Id quod dilucidius ad luc habetur, l. 9. tit. 1. par. 2. illis verbis, *que son mas propiunquos parientes a los Reyes, a el tiempo de su fallecimiento*, vt ibidem Greg. Lopez notat, Quod intelligendum est, in quocumque gradu in infinitum si illi sit coniuñctus, etiam vltra decimum, vt ex dicendis liquet. Hæc verò omnia latè prosequitur Molina lib. 1. de primog. cap. 3. à num. 6.

Ioannes Lupus de obtentione regni Nauaræ, §. 9. par. 6. & in Luca, de donat. inter vit. & vxor. §. 69. num. 26. ex Rubi Tudenfi in suo Chronico, dum de Pelagio illi est sermo, refert Pelagij tempore conditam fuisse legem, vt regnum deuolueretur per lineam descendentem, masculos praefertendo feminis, ita vt, in defectum masculorum, feminæ succederent. Molina verò lib. 1. de primogen. cap. 2. num. 13. ait, se duos codices antiquissimos eius auctoris euoluisset, nihilque tale apud illum reperisset. Postea verò annotatione 2. in calce operis, ait, Coartuuiam sibi ostendisse alium codicem, in quo ita habebatur, vt Ioan. Lupus refert. Postremò etiam Gothi eius legibus se astrinxerunt, pro lege perpetua statuentes, vt Regis ipsorum filius primogenitus, vel maior, si deesset primus, si pater fuerit Catholicus, cuiusque, etiam minima, sit ætatis, substitueretur in regnum. Si autem deesset filius masculus, filia eius, ordine predicto, assumatur in dominam: & illa, magnatorum Gothorum prouidètia, de nobilitate Gothicæ accipiat virum, de quo regalis posteritas conferuetur. Quamuis autem ibi nulla de representatione fiat mentio, imò eam excludi autumet Molina annotatione 2. citata; verisimilium tamen credo, in ea Histotia, non integram legem referri, sed partem solum praecipuam, legemque totam relata, quoad substantiã, fuisse latam tempore Pelagij. Lex quippe secunda relata, qua in Partis anno 1251. ediris, continetur, cum ait. *Y esto yaron siempre en todas las tierras del mundo, do quier que el seniorio ouieren por linage, e maiormente en España.* (quod intelligi nequit, ante tempora Pelagij, sed ab illius tempore) aperte innuit, successiorem in regno per lineam descendentem, praefertendo semper masculum maiorem natu, longè iam antea, instar cæterarum ferè nationum, sanctam fuisse in Hispanijs, longæ, per Tom. III.

petuata; consuetudine, ita vsq; ad illa tempora fuisse seruata, neque ibi condit nouum ius. Imò, eum addatur. *E por el casar muchos males, &c.* aperte etiam innuit, sequentem partem euillem sanctionis, vt scilicet feminæ descendentes succedant in defectum masculorum, & vt sit representatio modo explicata, deficientibus quoque omnino descendentiū legitimis, fiat transitus ad propinquiores vltimo possessori in linea transeuntis, ab eodem antiquo tempore simul fuisse latam ab eisdem legumlatoribus, perpetuòq; vsque ad eadem tempora fuisse seruata.

Est praeterea argumentum non leue, à tempore Pelagij eum succedendi modum fuisse ceptum, relicto succedendi modo per electionem, quòd (referente Molina vbi supra, num. 14. ex Burgenfi Episcopo in Anacephalocis, cap. 43. & ex Ioanne Lupo de obtentione reg. Nauar. §. 7. par. 6. in fine) Pelagius, relicto antiquo Gothorum insignijs, leonem rubè in campo albo pro insignijs assumpsit: quod signum est manifestum, nouum regni modum ex tunc incepisse. Postea verò (vt ex eisdem auctoribus idem Molina, num. 15. sequenti refert) Ferdinandus eius nominis primus, qui ex Santia vxore regni Legionis obtinuit, eisdè insignijs Castellum aureum in campo rubeo, dexteraque leonis parte, auxit, dictisque est rex Castellæ & Legionis.

Ex his constat, non solum Castellæ regnum verum esse primogenium, seu maioratum, quod ad primogenitos, maiorese natu, modo explicato, deferatur, sed etiam (vt Molina vbi supra nu. 16. & c. 3. à num. 1. cum Couar. 3. var. resol. cap. 5. §. 4. & plerisque alijs, quos citat, rectè ait) esse caput omnium primogenitorum Castellæ, ad cuius normam, & iuxta cuius formã, eo ipso, quòd nomine maioratus creata sunt, esto nihil aliud adiciatur, sunt censenda instituta, quando aliud non fuit in contrarium expressè id quod cap. 3. citato ait perpetua consuetudine seruatum esse in Hispanijs. Quare, si qua controuersia circa ordinem succedendi in alijs maioratibus orta sit, eò quòd ex forma creationis maioratus in particulari, de quo agitur, id non constet; quia vel nullum instrumentum institutionis illius reperitur, vel quia, licet reperitur, nihil ea de re fuit expressè; definienda est ex iuribus de rege successione latas: quod multis Molina, & plurimialij Doctores, quos citat, confirmant: praefertim quoniam, cum ante leges Patritiarum multi essent maioratus, vt Ducum, Marchionum, Comitum, & aliorum, quorum mentio fit, l. 1. r. & duabus sequentibus, tit. 1. par. 2. nulla aliae leges late sunt de successione in eis primogenijs & dignitatibus, praeter eas, quæ de successione in regno fuerunt conditæ, quotique, crescente numero maioratum, anno 1505. late circa maioratus sunt Tabiræ leges (de quibus sermo erit) in quibus successio instar successiorem in regno definita fuit, quando aliud à maioratus institutore non fuit expressum.

Post regnum, secundum locum in Hispanijs habent maioratus, qui de bonis à corona regni praefectis ac diuisis, instituti sunt. Vt enim disp. 25. ostendimus est, & cum multis alijs, quos citat, affirmat Molina, lib. 1. de primog. cap. 3. num. 18. quæuis Rex donare in perniciem publicam non possit bona coronæ regni: si verò id efficiat, possint, tam ipse, quàm successores in regno, eam reuocare: donare tamen moderatè, a quoque etiam remunerare obsequia & beneficia publica potest ac debet, & instituire dignitates Ducum, Marchionum, Comitum, & alias similes, in publicam vtilitatem, cum redditibus ex bonis coronæ Regni eis dignitatibus annexis, vt administratores competentes ad res publicas, & ad alia habeat, qui simul in splendorem, ornatumque curiæ, & reipublicæ sint. Potest etiam, vt gente necessitate,

& postulate id bono communi, vendere oppida aliqua, & redditus coronae regni. Quamvis, si maioratus aliqui postea instituantur ex eiusmodi rebus emptis, aut donatis à Regibus, ab omni profectus vinculo liberis, pertineant ad maioratus tertij generis, de quibus postea erit sermo, non verò ad maioratus secundi generis, de quibus modò loquimur, esto de bonis à corona regni praecis ac derivatis instituti.

9 Maioratus secundi huius generis à Regibus instituantur, tuncque censendi instituti ad normam successione in regno, quando aliud non fuerit expressum, vel in ipsamet cuiusque maioratus creatione, vel lege aliqua publica, peculiari aliqua de causa ante, aut postea lata. Sic, cum Henricus secundus plurima largè donasset in praedictum huius Castellae regni, postea, vt id minus detrimenti regno afferret, in suo testamento deita donatis in hunc modum cauit, *pero toda via, que las ayas por mayoraç. 89. y finquen al hijo legitimo mayor de cada uno dellos, y si muriere sin hijo legitimo, que tornen sus bienes del que assi muriere a la corona de los nuestros Reynos.* Ad quod postea Reges Catholici Ferdinandus & Elisabetha, & post illos Philippus secundus, tanquam legem feruari iusserunt, l. 1. tit. 7. lib. 5. non collect. Quare id solum habet locum in donatis ab Henrico secundo.

10 In Lusitania verò, cum multa essent donata à Regibus de bonis coronae regni, bellorum praesertim tempore, quae postea compertum fuit cedere in notabile regni detrimentum, Ioannes primus instar clausulae illius Henrici secundi longè antea defuncti, de consilio suorum, legem quandam, longè magis arctam, mente sua retentam, mitissime scripto promulgatam, executioni mandari praecipit circa bona coronae Regni illuc usque à regibus donata, & in futurum donanda, quae idcirco lex mentalis nuncupata est. Eam vero postea filius eius Eduardus scriptis mandari precepit, ac promulgari, quae habetur l. 2. Luit. ord. tit. 17. de sequentia continet.

11 In primis, vt donata omnia à Regibus de bonis coronae regni, esto donata alicui sint, & omnibus illius descendens, aut hereditibus, & successoribus, & esto donata sint cum clausula, vt diuidi inter eos possint, & censentur ligata vinculo maioratus, maneatque inalienabilia ac indiuisa omnino, & per mortem vltimi possessoris deueniant integra ad filium illius legitimum maiorem natu ex ipso relicto, non quidem vt feudalia, neque cum onere seruicij feudatariorum, at tamen cum onere, vt possessores, quando à Rege fuerint vocati, teneantur illi seruire in bello. Quod si vltimus possessor mortuus fuerit, nulla relicta sobole legitima virili, descendentes per lineam virilem ex filia, femina omnibus, & masculi ex eis geniti, excluduntur à successione in eis bonis, bonaque illa eo ipso deuoluuntur ad regni coronam, eique reuertiuntur: femina tamen succedere poterit, si ei peculiariter fuerint ea bona à Rege donata, aut, contractu ea de re inito cum Rege, fuerit ad successione in eis bonis expressè vocata. Multò minus in eis bonis succedit frater vltimi possessoris, nisi illa iterum donentur illi à Rege. Neque item in eis succedit pater, aut auus, vltimi possessoris, nisi ex facultate Regis, à tali patre, aut auo, adhuc viuente, transijt sicut ea bona ad vltimum possessore: nam tunc regrediuntur ad vltimum ascendentem, à quo fuerunt deriuata, & post mortem talis ascendentis transeunt ad legitimam sobolem ipsius virilem. A successione etià in eis bonis excluditur soboles omnes vltimi possessoris, quae fuerit ordinis sacri, aut beneficij, atque vniuersitatis omnis, qui de sola Ecclesie iurisdictione fuerit, esto soboles legitima illius virilis, ac per lineam virilem sit. Ij commendata

A trij, qui inhabiles non sunt ad contrahendum matrimonium, petende in eis bonis, tam ipsi, quam soboles ipsorum, succedunt, atque si commendatarij non essent. Si verò inhabiles sint ad matrimonium contrahendum, vt sunt commendatarij ordinis Diui Ioannis, licet succedere possint, reque ipsa succedant, si legitimi filij maiores natu vltimi possessoris sint, neque vltimus possessor alius à Rege obtinuerit; defunctis tamen eiusmodi commendatarijs, ea bona statim ad regem coronam deuoluuntur: eò quòd habere non possint sobolem legitimam. Vltimus tamen possessor eorum bonorum, patens eiusmodi commendatarij maioris natu, obtinere à Rege, dum viuere poterit, vt non sit succedat, fed proximior filius legitimus post eum commendatarius, & tunc hic alius filius, & post eum, soboles ipsius legitima virilis, ac per lineam virilem, quae maior natu fuerit, succedit. Haec omnia habentur, tit. 17. citato, §. 1. 2. 3. 7. 8. 11. 12. 13. & 14.

B Filius, aut nepos illegitimus, cum paratione vltimi possessoris horum bonorum, etiam si naturalis sit, excluditur à successione in eis. Itemque filius arrogatus, aut adoptatus. Filius verò legitimus per subsequens matrimonium, ad ea admittitur: secus de quoque legitimo quouis alio modo: hic enim, & quicumque, arrogatus, aut adoptatus, in eis bonis non succedunt, esto in legitimatione, aut adoptione, apponatur clausula, quibus habiles fiant ad succedendum in quibuscunque bonis & maioratus, nisi expressè dicatur, etiam si sint bonorum coronae Regni, fiatque simul derogatio eius legis mentalis. Atque in hoc euentu, si sit soboles legitima virilis, & per lineam virilem, succedere non possunt legitimati cum ea clausula, & derogatione, in praedictum legitime sobolis, etiam si ea soboles legitima post eam legitimationem nascatur. Ita habetur ibid. §. 9. & 10.

C Conceditur verò, vt possessores terrarum donatarum ex corona regni, qui habuerint filium legitimum maiorem natu, ad quem omnes deuenire debeant, possint de facultate Regis, tradere donatione simpliciter, aut ad matrimonium contrahendum, alicui filio, aut posteriori filio, partem earum, quae non excedant medietatem omnium, & dum modò nullam terram diuidat, itaque, etiam non consentiente, aut iniuncto filio maiori natu, ad quem omnes illae deuenire erant. Atque utcumque filius, aut filia, quibus ita aliquid de eiusmodi bonis coronae regni fuerit traditum, possidet illud interitum dum viuere: si autem moriatur non relicta sobole virili legitima, statim deuoluuntur id ad coronam regni, alioquin, succedit soboles virilis legitima, etiam ex tali filia, cui id datum est, eo modo, quo explicatum est, virilem sobolem vltimi possessoris succedere in eiusmodi bonis deriuatis ex corona regni. Quando verò quis possidet vnicam tantum terram, donatam ex corona regni, tunc, si habeat filium maiorem natu, ad quem deuenire debeat, eum terra illa diuidi non possit, vt pars illius de consensu Regis de eum filius, aut posteriori filio, non concedatur illam tradi filiae, aut posteriori filio, etiam de consensu Regis, nisi simul consentiat filius maior natu, ad quem terra illa iure maioratus deuenire debebat. Ita habetur ibid. §. 15.

E Quando autem vltimus possessor horum bonorum ex regia corona donatorum, habet filium, qui in eis succedere debeat, non potest aliter, qui non fuerit filius, aut filia, donare, aut vendere eiusmodi bona: permutare tamen illa poterit cum alijs ex regia corona donatis, prout regia facultate, modò tamen eiusmodi res non sint inferiores in terra parte valoris eis rebus, cum quibus fuerint permutata. Quòd si vltimus possessor bonorum, ex corona regni donatorum, legitima sobole careat, quae succedere debeat in eis bonis, tunc nulla ratione poterit eas

9 eas res euiquam absque Regis expressa facultate donare, vendere, permutare, aut quouis alio modo alienare: si autem id efficiat, eo ipso ea bona ad regni coronam deuoluuntur, & emptori, aut permutanti cum illo, competit actio de euisione aduersus eum. Habentque haec locum, etiam si à Rege fuissent donata cum facultate donatarijs, vt possent ea bona donare, vendere, permutare, aut de eis, tanquam de omnino proprijs, disporre. Ita habetur vbi supra, §. 16. Haec verò intellige, nisi post legem illam mentalem aliquid cum ea facultate esset donatum, & cum expressa derogatione legis mentalis: nam tunc alienari possent, quantum cum ea derogatione esset permisum.

Quando autem Rex ipse permutat bona aliqua coronae regni cum aliquo, tunc quouique bona, quae Rex ita in permutationem tradit, aut bona, quae accipit, fortissimi rationem bonorum coronae regni, ita vt in his, vel in illis, locum habeat dispositio legis mentalis, & quouisque dissoluti permutatio possit in fauorem bonorum coronae regni, aut non possit, lege tit. 17. citato, §. 20.

Possessor vltimus eiusmodi bonorum, si ducere velit vxorem, esto ex prioro alio matrimonio successorem in eis bonis habeat, potest de Regis expressa facultate, subijcere ea bona hypotheca: pro dote, quam cum vxore accipit, & pro arthris, quas ei promittit, atque, dissoluto matrimonio, si non sint alia bona patrimonialia mariti, vnde integrè dos & arthrae vxori, aut hereditibus vxoris soluantur, quod debeat, soluendum donec integre soluantur. Dote verò & arthris integre persolutis, bona coronae regni pertinent ad sobolem virilem legitimam vltimi possessoris, si eam reliquit: alioquin ad regiam coronam deuoluuntur. Irritum verò est pactum, tanquàm futurarium, quòd dissoluto matrimonio, redditus talium bonorum integri ac praecipui pertinere debeant ad vxorem, aut ad heredes vxoris, non computandi in sortem, quouisque dos & arthrae illi integre persoluantur. Ita habetur tit. 17. citato, §. 17.

Vltimus possessor eiusmodi bonorum, esto habeat iam filium, qui in eis succedere debeat, potest libere ea vendere Regi, aut cum alijs bonis ea cum Rege permutare, vt coronae regni iterum vniatur nihil impediens praedictum, quòd successor in eis bonis inde sequitur: quoniam ea lege censentur donata, vt id fieri possit: eamque modificationem rebus ante donatis adhibere libuit principi de suorum consilio, quoniam multa in praedictum regni fuerant ante eam legem donata. Ita habetur, vbi supra, §. 18.

Quod ad donationes attinet, quae à Regibus fiunt de bonis ad Regis sicutum spectantibus, siue ob delictum eius, cuius fuerant, siue quòd vacauerint, eò quòd illorum dominus discesserit ab intestato, neque haec de vsque ad decimum gradum, neque coniuge relicto, aut quacunque alia ratione, sequenti modo definitum est ea mentali lege. Quod si eiusmodi aliquid bonum immobilitate post eam legem latam donetur à Rege, postquam illud vniatum iam & incorporatum fuit coronae regni (id quòd re factum censetur eo ipso, quòd est scriptum in libro bonorum coronae regni, verbo verò, si in instrumento, quo id alicui donatur, dicitur, *que nos consueuimus, appropriamos, ou vrimos, ou encorporamos, os ditos beas, terras, herdamentos, a auora de nassos reynos, e elles assi consueuimos, e apropiados, os damos, e damos*, tunc ea donatio censetur esse de bonis coronae regni, ac prout in re ita donata locum habet lex mentalis: vt rò donetur antequam re, aut verbo, modis explicitis, vniatum id sit coronae regni, non censetur ea donatio facta de bonis coronae regni, nec prouide in re

A ita donata locum habet dispositio legis mentalis. Ita habetur tit. 17. citato, §. 19. & 24.

Quae dicta sunt de alijs bonis coronae regni à Regibus donatis, aut in futurum donandis, similiter locum habent in iuribus patronatus Ecclesiarum, quae erant coronae regni, à Regibus quae donata sunt alijs quibus: ea quippe indiuisa transeunt similiter ad sobolem legitimum ac virilem, eaq; deficiente, regrediuntur ad coronam regni, vt de alijs bonis coronae regni dictum est. Ita habetur, vbi supra, §. 4. Ex eo verò, quòd Rex donet alicui terram, oppidum, aut castrum, cum omni iurisdictione, meto, ac mixto imperio, & cum quocunque alio iure ad Regem ibi attinente, appositis quibuscunque alijs verbis generalibus, etiam si comprehendere videantur ius patronatus tali loco annexum, si non fiat expressa mentio, quòd ius etiam patronatus annexum donatur, non censetur donatum, sed pertinet ad coronam regni, vt ibidem, §. 21. subiungitur.

Similiter, quae dicta sunt de alijs bonis coronae regni à Regibus donatis, intelliguntur de employteis, & alijs relictibus coronae regni: esto enim à Rege donentur employteus, hoc est, proprietarij, dominiumque directum, quòd regni corona habeat res employteicas, cum quibuscunque clausulis exorbitantibus, si non fiat expressa derogatio legis mentalis, employteus manent vinculate, vt in diuisis omnino transeunt solum ad legitimam virilem sobolem modo explicato, eaque deficiente, regrediuntur ad regni coronam, vt de alijs bonis donatis ex regia corona dictum est. Ita habetur tit. 17. citato, §. 5. Et §. 6. subiungitur, vt employteus de eiusmodi bonis, hoc est, contractus cum employteis, tam quando eiusmodi bona sunt coronae regni, quam quòd sunt aliorum donatariorum, regulentur eidem iuribus, quibus regulatur employteus priuatorum de alijs suis proprijs bonis, ita scilicet, vt nullum sit discrimen inter vtrosque employteicos contractus.

Quando Rex donauit alicui terram, oppidum, aut castrum, in solam vitam donatarij, aut vsque ad suum Regis beneplacitum, si donatarius aliquid inde in employteum tradiderit perpetuum, aut ad certas vitas, sine Regis facultate, tunc expirante donatione, regressaque re ita donata ad regni coronam, finitur employteus, nisi Rex persequere velit in contractu employteico. Quando verò aliquid tale donatum fuisset, *de iure, de hereditate*, vt in Lusitania vocant, tunc, si res ita donata regrediatur ad regni coronam, non tenetur Rex stare contractibus malitiosè, aut perspicuè in notabile detrimentum coronae regni factis. Ita habetur, vbi supra, §. 22. Haec sunt, quae lex mentalis Lusitana continet, contra quam si aliquid à Rege sit concessum, aut dispositum, cum illius derogatione, validum id est, vt ex se est satis perspicuum, & habetur in eadem ipsa lege, §. 23. Et haec dicta sunt de maioribus secundi generis, hoc est, quae de bonis coronae regni instituantur.

Tertij generis maioratus sunt, qui à priuatis constituantur de suis rebus proprijs, esto aliqua eorum deriuata, ac praecisa fuerint à regni corona, vt quia illa à Rege emerunt, aut titulo permutationis, donationis, aut recompensationis obsequiorum, illa libera acceperunt, vel ipsi, vel aliqui antecessores eorum bonorum possessores. Duobus autem modis institui possunt maioratus tertij huius generis. Primo, absque vlla Regis facultate. Si enim quis nullum hereditum habeat, cui partem suorum bonorum relinquere teneatur, liberaque sit bona possideat à vinculo & obligatione, nullaque sit lex, quae ipsum impediatur de illis pro libito disporre, eaque subijcere vinculo & obligationibus, quae voluerit, vt nulla talis est in his Castellae, & Lusitaniae regnis, quin potius sunt leges, quae id permittunt ac con-

cedunt.

cedunt, utique is, absque vlla Regis facultate, poterit de suis bonis, aut de eorum parte, instituire primogenium cum vinculis & grauaminibus, ordineque succedentibus in eis, quem voluerit. Est autem heredes, aut heredes habeat, quibus, iuxta leges eius regni, partem suorum bonorum relinquere teneatur absque vlllo in ea onere & grauamine; de reliqua tamen parte, de qua liberè potest disponere, vt in Lusitania de tertio suorum bonorum, siue ascendentes, siue descendentes habeat, & in hoc Castella regno de tertio, si careat descendentes, & habeat ascendentes, & de solo quinto, si descendentes habeat, poterit similiter absque vlla Regis facultate instituire pro libito maioratum. Et cum in hoc regno, si multos descendentes habeat, hoc est, plures quam vnum, esto vnus sit filius, & alius nepos, filius eiusdem filij, integrum illi sit, vltra quintum, meliorare quem eorum voluerit in tertio, apponendo tertio grauamina & vincula, que voluerit, vocandoque ad successorem in illo in infinitum, quos voluerit, modo prius ocer descendentes, & in defectum descendendum, vocet ascendentes, & in defectum descendendum, alios consanguineos, atque in horum defectum, poterit vocare extraneos, vt disput. 158. dictum est, & habetur. l. 27. Tauri, que est. l. 11. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. vti que is, absque alia Regis facultate, etiam de eo tertio, instituire tunc poterit primogenium intra eos limites lege permittit, vt consuetudine est receptum. Quouisque autem, etiam de parte eorum descendentes, aut ascendentes debitas, possit quis de libera eorum voluntate ac consentit, instituire maioratum absque vlla Regis facultate, disp. 179. dicitur. Dicta autem toto hoc, S. multis confirmat Molina lib. 1. de primog. cap. 1. num. 25. & cum Couar. & multis alijs, quos citat, affirmat aduersus Anton. Gom. in l. 45. Tauri, numero 116. legem illam, & ceteras Tauri, non minus habere locum in maioratibus, qui sine regia facultate, modo explicato, instituantur, quam in ijs, qui instituantur ex regia facultate.

12 Secundò in situ potest maioratus de Regis facultate, etiam de bonis ex legum præscripto ascendentes, aut descendentes debitas, idque ipsis descendentes, aut ascendentes, minimè consentientibus. Cum enim ea bona solum sint eis debita ex humanarum legum ciuilium præscripto, quæ à Rege lata sunt, ab ipsiusque voluntate pendens, utique poterit Rex in eis dispensare, concedereque facultatem, vt frequenter eam concedit, vt, relictis alijs descendentes, aut etiam ascendentes, competentes alimentis pro eorum conditione & statu, de reliquis bonis instituat primogenium, in familie conseruationem, reipublicæque ornamentum: atque de eisdem facultate sermo est, l. 42. 43. & 44. Tauri, que sunt lex 2. 3. & 4. tit. 7. lib. 5. nouæ collect. Quouisque autem id principi liceat, aut non, explicabitur ex nostra sententia disp. 178. conclus. 3. 4. & 5.

13 In maioratibus huius tertij generis ij succedunt, quos institutor maioratus vocauerit, eoque ordine, quo eos vocauerit, nisi in maioratu tertium includat, descendentes in bonis suis debitum, quando multi sunt ipsius descendentes: tunc enim, quoad id tertium, prius vocare tenent descendentes, quos voluerit, & in eorum defectu, ascendentes, & post illos ceteros consanguineos, eo modo, quo voluerit, & nouissimè potest vocare extraneos, vt paulò antea dictum est. Quando autem institutor aliud non expresse fit, in hoc Castella regno sancitum est, vt tam in maioratibus huius tertij generis, quam in maioratibus secundij generis, eo modo succedatur, quo dictum est succedi in regno ipso, nempe, vt descendens legitimus masculus proximior vltimo possessori, præferatur ceteris, & vti defectu masculorum

A descendendum, succedat femina descendentes eodem ordine, & vt si proximior descendens maioratus, qui succedere debet, moriatur fobole legitima relicta, illa, esto femine generis sit, præferatur patrem, locoque patris succedat, & præferatur fratribus patris, & denique vt tunc solum fiat transitus in successione ad proximiorum in linea transferat vltimo possessori, quando omnino defuerit fobole legitima descendens. Quo fit, vt in hoc regno, quando aliud ab institutore maioratus non fuit dispositum ac expresse, semper succedatur in maioratibus secundij & tertij generis eo modo, quo à tempore Pelagij sancitum fuit, vt in regno succederetur, atque ad eod vt inстар regni, tanquam primi, supremi, ac ceterorum capitibus, successio fit in maioratibus, quando aliud non fuerit expresse. Ita explanatum, definitumque est, l. 40. Tauri, que est lex 5. tit. 7. lib. 5. nouæ collect. Vtrum autem aliud sit dicendum in Lusitania, in progressu huius materia dicitur.

B Duo super sunt admonenda. Vnum est, aliquibus in locis huius Castella regni, & præsertim in hac nostra ciuitate Concheni, primogenia à priuatis instituta de suis proprijs bonis, appellari patronatos: alia verò secundij generis, aut valde pingua, quæ dominium iurisdictionis habent, nuncupari mayoratos: cum tamen omnia maioratus & primogeniorum nomine comprehendantur, atque sub his nominibus deinceps nobis de illis futurus est sermo.

C Alterum est, merito in Lusitania, de communi concordia inter principes seculares & prælatos, 2. lib. ord. tit. 3. S. antepenult. definitum fuisse, quando bona aliqua vinculantur cum grauamine, vt ex rebus celebrantur sacrificia, vel fiant alia opera pia, constituta parte aliquota relictum, aut parte alia ex illis determinata, administratori, qui ordine quodam in eis bonis vinculari sit successurus, ita quod reliqui relictus in operibus pijs infumantur, eam institutionem censendam esse capellam, quam vocant, ac proinde ad ea bona, ad eamque institutionem, se extendere iurisdictionem ecclesiasticam. Quando verò bona aliqua vinculantur, vt in eis aliquo ordine quodam succedant, cum grauamine, vt successores tenentur ad aliqua sacrificia, vel ad aliqua alia opera pia ex rebus eorum bonorum implenda, aut sine vlllo tali grauamine, institutionem esse censendam maioratum, nihil impediens, quod in instrumeto prioris institutionis dicatur institui maioratum, & in instrumeto huius posteriori dicatur institui capellam: quare tunc in posteriori institutione solum spectabit ad prælatos Ecclesiæ cogere vt ea spiritalia grauamina opere implentur. Disputationem hanc totam præmittere libuit in fundamentum eorū, quæ dicenda sunt: vt verò, quæ in eum summam sunt prælibata, non modicè lucem dicendis afferent, sic ex dicendis dilucidiora reddentur.

DISPV. 577.

E Maioratus, seu primogenium, quid?

S Y M M A R I V M.

- 1 Primogenia, primitiua, primogenia, & primogenita, quæ tempor legibus naturæ, in veteri lege, & apud aliquas alias nationes dicuntur. Et non sunt in Hispanijs: licet instituentes liberè maioratus, aut meliorationes, rationem habere solent primogeniorum, vt eos præcipuè ad eas institutiones vocent.
- 2 Primogenia, seu maioratus Hispanij, quam longè distent à primogeniis temporis legis naturæ, scriptæ, & quarundam aliarum nationum.
- 3 Maioratus Hispanij licet distent à fideicommissis familia

Ius Lusitanum. 15

familie relictis, de quibus iura communi loquuntur in multis cum illis conuenient, ex eisq, videntur derivari, & quousque valeat, aut non valeat, argumentum ab eis ad maioratus.

4 In fideicommissio familia relicto, quo ordine succederetur, facti testatori erat facere in illis substitutiones, & vincula, ac grauamina, quæ vellet.

5 In quibus differant maioratus, & fideicommissum familia relicto.

6 Maioratum accipit successor ab institutore, & non ab vltimo possessore. Motu vero vltimo possessore, ipso iure dominium & possessio rerum maioratus transeunt in proximè vocatum.

7 Institutio maioratus contracti, partim habet rationem contracti onerosi, & partim donationis sub modo, & quot donationes simul interueniant. Et quid quando vltima voluntate instituitur.

8 Origo & etymologia vocabuli maioratus Hispaniarum.

9 Maioratus titulus, res vinculo maioratus alligato (quæ, vt eo vinculo affecta sunt, proprie maioratus dicuntur) & ius ad talem maioratum, diuersa sunt. Hispano autem sermone, etiam qui dominium maioratus habet, aut ius ad illud, mayorazgo dicitur.

VT, quoad fieri possit, legitima definitio maioratum, primogeniorumve, Hispaniarum tradatur, nonnulla obseruanda sunt. Primum est, quando legibus, vel consuetudine aliquis regni, aut regnorum, prerogatiua aliqua, aut prerogatiue concessa sunt primogenitis, tunc, prerogatiua illam, aut prerogatiuas, iure, que primogenitis vi talis legis, aut consuetudinis, ad ea competunt, in quibus ceteris posterius generis præferuntur, latine appellari primogenia, quæ prerogatiue ac iura primigenatione dicuntur etiam primitiua, primogenia, & primogenita. Sic, quia ante traditam legem Moyli, quæ faceret dotium in ea lege traditum à Deo fuit Aaron, & Tribu Leui, dignitas sacerdotalis, qualis erat in lege naturæ, primogenitis apud Hebræos, & apud alios competit, vt disp. 21. est dictum: sane eadem sacerdotalis dignitas ad primogenia, seu primogenita, tunc pertinebat, eaque est, quam Etai primogenitus Isaac, vendidit Jacob posterius nato, dum, vt habetur Genes. 25. pro lentis edulio illi vendidit primogenita sua. Et quoniam dignitas illa religiosa ac ecclesiastica erat, Paulus ad Hebræos 12. illi appellat prophanum vendendo ita propter vnam eam primitiua sua. Quia item prerogatiua apud eosdem Hebræos ea etiam prerogatiua competebat, vt ex bonis parentum duplam portionem acciperet, vt D. Tho. in caput 12. Epistolæ ad Hebræos ait, idque in lege veteri perseuerabat, vt constat ex Deuterion. 21. vbi, non quasi de nouo id statuitur, sed quasi in libendo abulum, quem aliqui introducebant conabantur aduersus morem ac ius antiquum, sic habetur. Si habuerit homo uxores duas, vnam dilectam, & alteram odiosam, genueritq, ex eis liberos, & fuerit filius odiose primogenitus, volueritq, substantiam inter filios suos dividere, non poterit filium dilectæ efficere primogenitum, & præferre filio odioso: sed filium odiose agnoscat primogenitum, dabitq, ei de his, quæ habuerit, cuius duplicia debentur primogenita. Hæc ibi. Quia, inquam, hæc etiam prerogatiua apud Hebræos primogenitis competebat, ad primogenia, seu primogenita, ea similitudine attinebat. In Gallia etiam fertur, similes prerogatiuarum lege publica hodie primogenitis conuenire, vt scilicet portionem quandam in bonis parentum habeant præcipuam, in qua ceteris fratribus, posterius natis, præferantur. Hæc itaque, & alia, essent quondam iura primogenitorum, quæ primo-

A genia, aut primogenia, nuncupabantur. Nihil verò eorum habet hodie locum in Hispanijs; sed solum, vt natura ipsa rei postulat, posteriores natu fratres, deserere solent honorem natu anterioribus, & maximè primogenito: parentibus autem etiam in Lusitania est concessum, vt de tertio suorum bonorum disponant, vt libuerint, atque ad eod, vt prælegare, aut donare, ex illo possint, cui voluerint, vel instituerent maioratum, ad quem vocent, quem maluerint; idem in hoc Castella regno est eis concessum, non solum de quinto, sed simul etiam de tertio, modo de tertio disponant solum inter descendentes: solent verò parentes plus affici ad maiorem natu, quam ad reliquos, vt ipsamet rei natura efflagitat, si circumstantiæ non adint, quo ipsos in contrarium petuereant, præferere solent primogenitum ceteris, inde illi prælegando, aut donando, vel ipsum potius, foboleque iuris, quam alios, ad successorem in maioratum vocando, qui quæ ex eis bonis instituit; cum tamen ad id non teneantur, sed liberi omnino sint, vt faciatis, quod maluerint. Quo fit, vt nulla in Hispanijs sint primogenia, iure primogeniorum, quibus, vel prerogatiua aliqua dignitas, præ ceteris fratribus, sit eis debita, vel portio aliqua præcipua in bonis parentum, vel aliquid aliud, sed æqualiter cū eis ceteri fratres succedant, nisi aliquid eis præcipuè à parentibus fuerit prælegatum, aut donatum, vel ex libera institutione maioratus à patribus, aut ab aliquo alio, ipso, foboleque ipsorum, pro primi institutoris beneplacito, iacite, aut expresse, ad eum maioratum vocetur.

C Secundum est, ex dictis esse factis periculum, primogenia Hispaniarum, quibus bona vinculantur, vt indiuisa, & inalienabilia, ordine quodam, iuxta primi institutoris præscriptum, deriuentur ab vno in alium, lōgo interuallò distare à primogenijs, iure primogenitorum, apud Hebræos, & apud alias nationes. Etenim illa in primogenito cuiusque familie locum habebant, etiam si ille generitus esset à patre tertio, quarto, aut quinto loco nato comparatione fratrum suorum: emolumenta verò, quæ is in bonis parentum præ ceteris fratribus iure primogeniti habebat, vincula & inalienabilia non erant, quæ necessitè ad alium, aut ad alios, deuincere deberent; sed perinde erant libera, de illisque poterat disponere, atque de alijs suis bonis: quæ tamen locum non habent in Hispaniarum primogenijs.

D Tertium est, quamuis Hispaniarum primogenia multum distent à fideicommissis familie relictis, vt perpetuò in ea perseuerent, & in eis succedant ordine quodam, qui fuerint de familia, de quibus mentio fit, l. cum ita legatur, §. in fideicommissio, ff. de leg. 2. l. peto, §. fratres, ff. eod. tit. l. vlt. C. de verborum significat. & alijs iuribus, consentiunt Couar. de pract. quest. cap. 3. num. 1. §. primum, & Altar. Var. l. conf. 82. num. 9. multum tamen cum eis conuenire, quin & ab illis; & ab eis, que circa illa de iure communi licebant, videri transisse originem: vnde, quatenus cum illis conuenient, originemque ab eis trahunt, merito cõmunis doctorum sententia (quam copiosius, quam alij, refert ac sequitur Molina, lib. 1. de primogen. cap. 1. num. 7.) asseruat, validum esse argumentum ab eis in modi fideicommissis, & à iuribus, que circa illa sunt disposita, ad Hispania primogenia: fecus verò quatenus ab illis discrepant, diuerseque ab eis sunt. Et quatenus à quibusdam Hispania primogenia appellentur fideicommissa familie relicta, rectè tamen Molina à num. 7. citato probat, multum ab illis differre, simpliciterque appellanda non esse fideicommissa.

E In fideicommissio familie relicto, quando aliud expresse non erat per testatorem, hoc ordine succedebatur, vt habetur, l. vlt. C. de verborum significat. iuncta

inuncta gloss. ubi verbo, post eos. Quod primò succedebat liberi, seu decedentes, ita vt proximiores in gradu, ceteris prætererentur: deficientibus verò decedentibus ordine suo, vt proximiores erant in gradu: at, deficientibus collateralibus, succedebant gener, aut nurus, qui etiam de familia reputabantur: & post nos, succedebant liberi, qui similitur de familia censebantur. Integrum præterea erat testatori, non eo ordine vocare ad successionem in tali fideicommissio, sed quo ordine ipse vellet, vocareque prius quosdam particulares, qui ceteris præferrentur eo ordine, quo ipse statueret, & postea vocare reliquos de sua familia, vt expressè habetur, l. cum ita, §. in fideicommissio, ff. de leg. 2. Quare facere poterat quacunq; substitutiones vellet, atque eo ordine & modo, quo eas facere vellet, quando de bonis liberis, nullique alij debitis, ex eo modo disponebat, vt ex se est perceptum, & ex eo iure, atque ex alijs confatis, præsertim cum nullum ius reperitur, quod id ei prohibeat. Item, de iure communi facere poterat in eo fideicommissio, quacunq; vincula vellet, & apponere grauamina & onera, quæ vellet, modò emolumentum fideicommissi non excederet, vt colligitur ex lab. eo. C. de fideicommiss. & consentiunt, l. i. in fine. Communia de fideicommiss. l. sed et sic, in fine, ff. de leg. 3. l. plan. 2. in fine, ff. de leg. 1. l. cum hi, §. idem erit dicendum, & §. sed et sic, ff. de tran. & l. cum pater, §. eorum, ff. de leg. 2. ex se teque est res satis periculosa: eò quòd vnicuiq; integram sit sua relinquere cum grauaminibus, quæ voluerit, nulloque iure id reperitur prohibitum. Quare, cum in fideicommissio relicto familia, fas de iure communi illud relinquere esset, facere substitutiones, quas vellet, & vocare, quos vellet, eo ordine, quo illos vocare vellet, & apponere in eo vincula; & onera, quæ vellet vtrique, quamuis de iure communi nõ comperitur institutio vlla primogenij eo modo, quo Hispania primogenium dispositione precedente institui explicatum est, consentaneum iuri communi, & integrum iuxta idem ius commune est, vt eo modo instituerentur: quin ex ijs, quæ de iure communi circa fideicommissa familia relicta, sancita reperitur, deriuatum id videtur in Hispanijs, additis nonnullis, quæ iure communi erant prohibita, sed permissa.

Differunt nihilominus in multis Hispania primogenia à fideicommissis familia relicta. Primo, quòd in Hispanijs primogenijs vnus solùm succedit in integro primogenio, quòd semper persequere debet indiuisum, isque successor regulariter esse solet primogenitus vltimi possessoris, si talis detur, indeq; ea institutio nomen primogenij, seu maioratus, sortita est in Hispanijs: deficiente verò primogenito, succedit vnus maior natu proximior in gradu, eo modo, quo disputatione precedente explicatum est, atque masculus minor natu in eodem gradu, excludit feminam: in fideicommissio verò familia relicta, quando aliud non disponebat testator, simul succedebant omnes de familia proximiores in gradu, & femine succedebant equaliter cum masculis, vt colligitur ex l. cum ita legatur, §. in fideicommiss. ff. de leg. 2. illis verbis, *qui ex his proximo gradu procreati sunt*, & ex l. peto, §. iure, ff. eod. tit. illis verbis: *Omnes fideicommissum petent, qui in familia fuerint*, iunctis sequentibus verbis, quibus statuitur, vt soli proximiores in gradu admittantur, & caueant de illo restituendo suo tempore posterioribus in gradu, & vtrouque affirmat communis doctorum sententia, quam Molina, num. 7. citato refert ac sequitur, consentiunt Conar. de pract. qq. cap. 38. à num. 1. & num. 4. §. primum, & Aluar. Valas. num. 9. citato.

Secundo differunt, quòd fideicommissa solùm

A poterant relinqui in vltima voluntate, non solùm testamento, aut codicillo, sed etiam donatione causa mortis, vt disp. 182. dictum est, & constat ex l. cum hi, §. idem erit dicendum, ff. de tran. l. cum pater, §. eorum, & l. vt in heredibus, ff. de leg. 2. l. scias, in fine, & in alijs grauaminibus, & oneribus: quo fit, vt, quæ de donatione sub modo disp. 267. citata dicta sunt, non similitur locum habeant in primogenio contractu irrevocabili instituto. Si verò (subiungit Molina ibidem) idem primogenium vltima voluntate sit institutum, erit quedam heredis institutio, legatum, aut prælegatum, factum primò ad illud vocato, & ceteris ordine post eum ad idem vocatis, cum oneribus & grauaminibus apposis, ita vt absque vlla restitutione id primogenium ipso iure transeat ab vno in alium absque aliqua restitutione preuia, vt dictum est. Quare, vt numer. 17. 18. & 19. cum multis alijs, quos citat, subiungit, in eiusmodi institutione tot ceduntur esse donationes, substitutiones, legata, aut prælegata, sub modo vt certo tempore finiatur. & transeat ad alterum (id quod licitum est, iuxta l. vlt. C. de legatis, & alia iura) quot sunt persone ad tale primogenium vocatæ, etiam si illæ nondum existant: ce leritate enim, & comprehensione multarum vnico verbo, occultantur, quali vnica, & non tot factæ videantur, argumento. l. 3. §. vlt. ff. de donatio. inter virum & vxor. & leum te in Gallia. C. l. cetum petat. vbi vnico verbo duo mutua celebrata censentur comparatione duorum eadem simul mutuantur.

Quartò obseruandum est, interdum aliud esse id, à quo nomen imponitur, originemve trahit, & aliud esse id, ad quod significandum est institutum: neque esse id, ad quod nomen est institutum, recitari enim re, ad quod significandum est institutum. Vnde, quamuis lapis à radendo pedes sit dictus, nec esse non est, vt quæcunq; lapides radunt, lapides sint, aut vt quicunq; lapis pedem radat. In re autem proposita, quoniam, quando in Hispanijs bona aliqua vinculantur, inalienabiliaq; redduntur, vt in eis, indiuisus, perpetuus, aut vsque ad certum terminum, succedat, aut appositæ alijs grauaminibus & obligationibus, aut nullis, præter vinculum & ordinem successiones, alijs grauaminibus apposis, vocari ad eas institutiones consueuerant primogenij ordine quodam, & in eorum defectum alij, inde cefectum est, vt eiusmodi institutiones, à primogenio, maiore natu, qui ita consueuerant primò loco vocari, dicta sint primogenia, & maioratus, corrupto vero vocabulo in Castella *mayorazgos*, & in Lusitania *morgados*: nomen verò institutum est ad significandas eas institutiones vniuersim, esto interdu non vocentur primogenij, sed alij, pro arbitrio institutoris, & estis, in defectum primogenitorum, fiat transitus ad alios descendentes, vel collaterales, aut etiã extraneos. Quare non est cur Molina, cap. 7. citato à nu. 22. & alij, tam anxie laborent in querenda definitione, quæ recurrit cum nominis etymologia: etenim res nomine primogenij, maioratusve, in Hispanijs significata, latius patet, quam id, vnde nomen rei est institutum: definitiones verò recurrere debent cum re nomine desinitu significata; non verò cum nominis origine ac etymologia.

Postremo est obseruandum, tria in re proposita spectari posse. Primum est, titulus, seu institutio ipsa maioratus, quæ sique vinculantur, vniuntur, & inalienabilia redduntur, ad succedendum quo in illis ita vinculis aliqui ordine quodam vocantur. Secundum est, res ipse sic vincula, & instituta, vt in eis ordine quodam succedant. Tertium verò est ius, quod ex eo titulo ac institutione competit vocatis ad succedendum in bonis illis, eaque obtinendum, atque illis fruendum: affectu, iam illorum domino. Porro, eiusmodi ius varium est

confistere, quòd varij ad eam rem donatam vocentur ordine quodam, sed etiam positum esse in prohibitione alienationis cuiusquam bonorum, quæ vinculo eius primogenij alligata sunt, ac diuisionis eorum, & in alijs grauaminibus, & oneribus: quo fit, vt, quæ de donatione sub modo disp. 267. citata dicta sunt, non similitur locum habeant in primogenio contractu irrevocabili instituto. Si verò (subiungit Molina ibidem) idem primogenium vltima voluntate sit institutum, erit quedam heredis institutio, legatum, aut prælegatum, factum primò ad illud vocato, & ceteris ordine post eum ad idem vocatis, cum oneribus & grauaminibus apposis, ita vt absque vlla restitutione id primogenium ipso iure transeat ab vno in alium absque aliqua restitutione preuia, vt dictum est. Quare, vt numer. 17. 18. & 19. cum multis alijs, quos citat, subiungit, in eiusmodi institutione tot ceduntur esse donationes, substitutiones, legata, aut prælegata, sub modo vt certo tempore finiatur. & transeat ad alterum (id quod licitum est, iuxta l. vlt. C. de legatis, & alia iura) quot sunt persone ad tale primogenium vocatæ, etiam si illæ nondum existant: ce leritate enim, & comprehensione multarum vnico verbo, occultantur, quali vnica, & non tot factæ videantur, argumento. l. 3. §. vlt. ff. de donatio. inter virum & vxor. & leum te in Gallia. C. l. cetum petat. vbi vnico verbo duo mutua celebrata censentur comparatione duorum eadem simul mutuantur.

Quartò obseruandum est, interdum aliud esse id, à quo nomen imponitur, originemve trahit, & aliud esse id, ad quod significandum est institutum: neque esse id, ad quod nomen est institutum, recitari enim re, ad quod significandum est institutum. Vnde, quamuis lapis à radendo pedes sit dictus, nec esse non est, vt quæcunq; lapides radunt, lapides sint, aut vt quicunq; lapis pedem radat. In re autem proposita, quoniam, quando in Hispanijs bona aliqua vinculantur, inalienabiliaq; redduntur, vt in eis, indiuisus, perpetuus, aut vsque ad certum terminum, succedat, aut appositæ alijs grauaminibus & obligationibus, aut nullis, præter vinculum & ordinem successiones, alijs grauaminibus apposis, vocari ad eas institutiones consueuerant primogenij ordine quodam, & in eorum defectum alij, inde cefectum est, vt eiusmodi institutiones, à primogenio, maiore natu, qui ita consueuerant primò loco vocari, dicta sint primogenia, & maioratus, corrupto vero vocabulo in Castella *mayorazgos*, & in Lusitania *morgados*: nomen verò institutum est ad significandas eas institutiones vniuersim, esto interdu non vocentur primogenij, sed alij, pro arbitrio institutoris, & estis, in defectum primogenitorum, fiat transitus ad alios descendentes, vel collaterales, aut etiã extraneos. Quare non est cur Molina, cap. 7. citato à nu. 22. & alij, tam anxie laborent in querenda definitione, quæ recurrit cum nominis etymologia: etenim res nomine primogenij, maioratusve, in Hispanijs significata, latius patet, quam id, vnde nomen rei est institutum: definitiones verò recurrere debent cum re nomine desinitu significata; non verò cum nominis origine ac etymologia.

Postremo est obseruandum, tria in re proposita spectari posse. Primum est, titulus, seu institutio ipsa maioratus, quæ sique vinculantur, vniuntur, & inalienabilia redduntur, ad succedendum quo in illis ita vinculis aliqui ordine quodam vocantur. Secundum est, res ipse sic vincula, & instituta, vt in eis ordine quodam succedant. Tertium verò est ius, quod ex eo titulo ac institutione competit vocatis ad succedendum in bonis illis, eaque obtinendum, atque illis fruendum: affectu, iam illorum domino. Porro, eiusmodi ius varium est

A comparatione vnus & eiusdem varijs temporibus concurrere, quòd varijs circūstantijs. Si enim primogenium reuocabiliter sit institutum, vniatque adhuc institutor, qui post illud reuocare, debilius ius competit primo vocato ad ea bona, & multò debilius posterius vocatis, quam si idem primogenium irrevocabiliter sit institutum, aut si morte institutoris sit confirmatum, factumque iam omnino irrevocabile. Item maioratus habet primò vocatis, quando iam est conuersus in dominium eorum bonorum, eisque fruitur tanquam verus illorum dominus, quam habere ante eam ea conuenientius, & quamlibet secundo, aut tertio vocatis, esto iam existat in rerum natura, qui solùm habet ius ad rem, vt in eis succedat morte anterioris, aut anteriorum possessorum.

His ita constitutis, nemini potest esse dubium, titulum, & institutionem maioratus, nec dici, nec esse primogenium, aut maioratus, sed esse, & dici, titulum, institutionemque primogenij, seu maioratus. Res verò ipsa eo titulo iam vinculari, & instituta, vt in eis ordine, titulo ipso præscripto, succedatur, sine vt sic affectu sunt, in eisdem duntaxat primogenijs, & maioratus, hoc est, bona debita primogenitis, seu vocatis eo titulo, & institutione, quo, & ipsa ita iam affecta sunt, & vocati ius ad illa habent, quòd ad illa habent, correlatiua inter se sunt, ius ad ea bona tanquam debita eo ipso ad illa vocatis, & debitum eorum in bonorum ita ad illa vocatis, obius, quòd ad illa habent, horumque duorum respectum, debiti scilicet illis modo, ac iuris similitur eo modo, ratio fundandi, vt dicta est, ac metaphysice appellans, est titulus ipse, in situ quoque maioratus, ex quo respectus vterque resultat. Sumptò autem ea significatiōne Hispaniarum primogenio, seu maioratus, sic potest definiti. Est affectum vinculo, vt in eo, inalienabile ac indiuisum, eo ordine ipso iure succedatur, quo ab illis institutore fuerit statutum. Quando autem audis, affectum, & vt in eo, intellige, vt affecta, vt in eis: sumitur enim singulare indifferenter pro plurali: vt plurimumque multas res vinculo vnus, eiusdemque primogenij vniri consueuerunt. Ius autem, quòd primogenitis, vocatis ve ad succedendum, competit vii tituli ac institutionis maioratus, sanè, quicquid Molina vbi supra in contractum dicit, nec primogenium, nec maioratus dicitur, sed dicitur ius ad primogenium ac maioratum paulò antea definitum, neque est concretum aliquid à primogenio dictum, quòd significet eum, cui id ius competit. Hispanè autem vocabulum, *mayorazgo*, ac Lusitanè vocabulum *morgado*, acquirunt cum est, significatque, tum primogenium paulò antea definitum, hoc est, bona vinculo primogenij affecta, tum etiam in concreto eum, qui ius, vel iam in res, vel adhuc ad rem, illius habet, hoc est, possessorum maioratus, eumque, cui debet post vitimum possessorum, vt ex communi vlti loquenti liquet. Sumptò ergo in Hispanijs barbarè maioratus in posteriori significatiōne, nempe pro eo, cuius iam est, aut euidetur, in priori significatiōne: paulò antea definita, sic possumus eum definiti. Est habens ius ad primogenium in priori significatiōne. Danda autem est venia iuris peritiis, minus in perferendum naturis rerum, atque de definiendi exercitatis, si non adeò exactas maioratus definitiones tradiderunt. Illud verò doctores, etiam extri, obseruant, maioratus nomen, & rem, in significatiōnis explicatione, esse proprium Hispaniarum, neque apud alias nationes reperiri; tamen in Ducatibus, Comitibus, Marchionatibus, & alijs similibus dignitatibus, haud dissimiliter apud alias etiam nationes succedatur.

Maioratus definitio.

Licite ne Hispaniarum primogenia instituantur.

SVMMARIVM.

- 1. Maioratus quos licite institui omnes consentiant.
- 2. Maioratus qui licite institui de bonis patrimonialibus negent.
- 3. Maioratus de bonis patrimonialibus, si abusus videntur, licite instituantur, & quae emolumenta ex illis sequantur.
- 4. Quando illicite instituantur.
- 5. Quando descendentes sunt debita legitima in bonis institutoris maioratus, neque de principis facultate est licita, aut valida institutio, nisi relinquatur competentia alimenta, etiam sufficientia ad contrahendum matrimonium pro illorum qualitate, reliquis filijs.
- 6. Alimentum non alia iure naturali a parentibus filijs debentur, quam ea, sine quibus vitam conservare non possent.
- 7. Concedi non debet facultas a principe, ut maioratus instituantur ex legitima debita ascendenti, nisi velitis illi competentibus alimentis, si illis indigeat, & nisi ut in eo succedat ipse ascendens, & post eius mortem, filius maior natus illius, aut quem ille voluerit.
- 8. Maioratus institutio sine principis facultate ex legitima eius, qui ad eum vocatur, vna cum alijs bonis, sub conditione, ut si consentire velit, succedat in eo, alioquin sumat suam legitimam, & in reliquo succedat alius, valida est, sed pendens ab illius consensu: validusq; est in consensu filij praesentis vivente patre.
- 9. Institutio maioratus sine Regis facultate, de legitima debita ascendenti, aut descendenti, & de alijs bonis, ad quem vocetur, cui ea legitima debetur, non apposta praedicta conditione, invalida est de iure communi quoad legitimam, non vero quoad incrementum. De iure autem Castellae, si legitima sit filij, succedat filius in eis omnibus bonis, sed sine vilo gratitudine ac vinculo.

Explicatis duabus praecedentibus disputationibus origine, natura, & generibus primogeniorum Hispaniarum, consequenter dicendum est de illorum productione ac subsistentia in rerum natura. Ac primum, num licite instituantur. Id quod controuersum non est de prioribus duobus primogeniorum generibus, quae disp. 576. explanata sunt: omnes enim consentunt licite institui; primum quidem genus, in rectorem & caput totius reipublicae; secundum vero in eiusdem reipublicae adiutorium ac ornamentum, ut sint magnates, qui curia ac reipublicae ornamento sint, variaque munia in Regis ac reipublicae obsequium & defensionem exercent. Tota vero controuersia est de primogenijs tertij generis, quae instituantur de bonis patrimonialibus instituentium.

1. Cuius, Barbatus, & pauci alij, quos Molina, 2. lib. de primogen. cap. 1. num. 2. refert, censuere, in reipublicae penicem, contra naturalem rationem atque aequitatem, ac proinde illicite in conscientia foro, ea institui. Tum, quod contra iura, naturalemque aequitatem, atque aequalitatem inter filios seruandam sit, vni filiorum relinquere penes omnia bona primogenij vinculo alligata, relinquendo ceteris modicam portionem. Tum etiam, quoniam feminae interdum omnino excluduntur ab eiusmodi primogenijs, etiam si maiores nati sint, quam masculi: & quod pauperes relinquuntur sine compe-

A tente dote, vbi pro ipsarum qualitate, habere possint, recludi cogantur in monasterijs, inuitasque religiosam asserere vitam. Tum denique, quod ad eiusmodi primogenia, non melior & aptior, sed maior natu soleat vocari: hominesque, ut eiusmodi primogenia instituant, quibus ipsorum memoria, gentilitium potius, quam Christianorum more, maniter conferretur, successores altringendo ad nominis, inferiorumque; institutoris sumptionem ac delationem, allici solcant ad opes multas per fas ac nefas comparandas & retinendas, cum pauperum detrimento, multorum iniuria, ac propria salutis animae iactura.

B Contraria tamen sententia, quod scilicet licita sit primogeniorum institutio more Hispaniarum, in quibus masculi feminis, etiam maioribus natu, praefertantur; eo quod in masculis potius, quam in feminis, quae ad maritorum familiam transeunt, conferretur eorum familia, qui ea institunt; modo tamen abusus, qui in eis instituentibus possunt interuenire, vitentur; est communis Doctorum, quae referunt ac sequuntur Coutar. in 4. decret. par. c. 8. §. 6. num. 5. versi. quarto deducitur, cap. Raynuitius, de test. in princ. num. 24. & 1. var. resol. cap. 5. tit. 5. veritica. tertio principaliter, Gregor. Lopez. l. 22. tit. 9. par. 6. verb. No valdraz, in princip. Ant. Gom. l. 40. Tauri. nu. 56. Padilla in rubr. C. de fideicommiss. num. 4. & copiosius, quam alij, Molina lib. 2. de primogen. cap. 1. num. 3. quibus subscribit Sotus 4. de iust. quaest. 5. artic. 1. ad 2. Id quippe in ornamentum & robur Reipublicae cedit, cuius interest, illustres ac diuites familias, processusque & optimates habere; qui belli ac pacis tempore ipsi deseruiant, eamque gubernent & teneant, ac veluti ossa & nervi ipsius sint. Id etiam in totius familiae, ac primogenia instituentium, robur cedit ac firmamentum, cum, qui ad ea, tanquam familiae caput, vocatur, eura sine suis opibus ac potentia praesidio esse solet ac ierumini. Quae sane locum non haberent, si bona, ex quibus primogenia instituantur, inter multos diuiderentur, integrumque possessionibus esset, ea subdividere, distipare, conulmeri, & alienare, ut ex factis est manifestum. Perpicuitatis autem gratia, sequentes conclusiones sunt subiicienda.

C Prima est. In euentibus omnibus, in quibus in calce disputationis 576. explanatum est, in his Castellae, aut Lusitaniae regnis, necessarium non esse facultatem Regis ad maioratus de bonis patrimonialibus instituentis, licite in exteriori, & in conscientia foro, instituantur. Probatur, quoniam leges horum regnorum omnibus de reipublica communes, quibus ea dispositio de omnibus suis bonis, aut de illorum parte, subditis in eis euentibus permittitur, inuisitas non sunt, sed rationabiles, & aequae; latae ab habente ad id auctoritatem; neque in ea dispositione praedictum vllum insertur legitimis portionibus, iuxta leges eorumdem regnorum, ascendentes, aut descendentes debent: ergo in exteriori, & in conscientia foro, licite tales maioratus instituantur: praefertim eum, ut dictum est, id cedat in commune reipublicae bonum, & in splendorem ac robur familiae eum maioratum instituentis. Semper excludimus abusus, qui ex instituentium nequitia interuenire possunt, & loquimur de re ipsa in se, si nulla mala circumstantia inficiatur. Nihil enim est tam sanctum, circa quod, hominum nequitia, abusus interuenire non possint: ea tamen de causa res ipsa, quae abutibus carere est nata, damnanda non est vt illicita. Quare, si quis auiditate memoriam sui nominis relinquendi, aut sublimandi aliquem ex suis filijs, vel propinquis, suamque exaltandi familiam, iniuste, aut inordinate, aliqua acquirat, vel eas elemosinas, aut opera alia pia non faciat,

D Prima conclusio. Si maioratus institutor alios descendentes, aut ascendentes habeat, quibus portio legitima in ipsis suis bonis debeatur, atque de bonis illa illi debita, sine Regis facultate, & sine practico eorum legitimo consensu, modo disputatione sequenti explicando, maioratus instituat, tunc vtique illicite, atque inualide eum constituit, tam in conscientia, quam in exteriori foro.

E Haec notissima est, eamque affirmat Molina vbi supra, numero nono. Cum enim leges, quae legitimam portionem in bonis alicuius descendentes, aut ascendentes illius tribuunt, iuste ac valide sint, irritumque & inane reddant, quod in contractu iure rit attentatum, vt disp. 1. §. 8. & 159. dictum est, vtique ea institutio, quatenus sine Regis facultate, aut legitimo consensu eorum, quibus legitima debetur, facta fuerit de legitimis eis debitis, illicita, iniusta, atque inualida erit, tam in conscientia, quam in exteriori foro.

F Tertia conclusio. Quando maioratus institutor descendentes habeat, quibus legitima portio in bonis ipsius ex legum praescripto deberet, siue Rex illi facultatem concedat in situendo maioratum de omnibus suis bonis, relinquendo ceteris liberis competentia alimenta, vt fieri consuevit, siue concedat facultatem instituenti maioratum de omnibus suis bonis, non exprimitendo vt ceteris liberis competentia alimenta relinquere, semper relinquenda sunt ceteris competentia alimenta, atque in ratione aliorum mentorum relinqui debet, vt habere pro ratione sui status, competenter possint. Quod si aliter instituat maioratus, neque competentia alimenta relinquatur ceteris liberis, iniqua & inualida est ea institutio tam in conscientia, quam in exteriori foro, quatenus competentia alimenta aliorum contingerit, eatenusque reuocabitur, moderamenque illi adhibebitur, etiam in foro exteriori, quatenus fuerit factus, vt ceteris liberis relinquatur competentia alimenta. Iniquam autem reputo facultatem, quae con-

C ciat, ad quae, pro sui status conditione & qualitate bonorum (vt si ecclesiasticus sit) aut ratione indigentiae proximorum, tenetur, atque ex bonis ita male partis, aut peruersis retentis, & in alijs rebus pijs infundendis, maioratum instituat, id quidem illicitum erit ex his prauis circumstantijs, & ex nequitia instituentis; non vero, quod per se, seculis malis circumstantijs, illicitum in se sit instituire maioratum. Non item negamus, sepe consultis, longaeque melius esse, aliter de eiusmodi bonis disporre, quam instituire maioratum; sed, quod contendimus, est, hoc malum & illicitum non esse, sed bonum in se. Intendere vero sui nominis memoriam, propriaque familiae splendorem, atque exaltationem, malum sane non est, si appetitus eius rei moderatus sit; etiam si multa alia ex eis bonis fieri possent Deo gratiora, reipublicae vtiliora, & propriae salutis spirituali longe commodiora. Hanc totam conclusionem intendit Molina, vbi supra ad num. 5. vbi recte infert, licite in Castellae patrem instituire posse maioratum filio suo naturali, aut nepoti ex illo, de omnibus suis bonis, aut de parte eorum, quam voluerit, quando descendentes legitimis carerent, esto haberet ascendentes legitimis quoniam, vt disp. 166. dictum est, licet in eo euentu tali filio, aut nepoti, legitimum non debeat, relinquere tamen illi potest omnia sua bona, aut partem eorum; si voluerit. Idem dicendum est de iure communi, & in Lusitania, si is filius, aut nepos, non esset hominis plebei, quo ad portionem, quam de iure communi aut Lusitanis, disputatione citata explicatum est, posse illi liberè in eo euentu relinquere; cum tamen eam illi tunc relinquere non tenetur.

Secunda conclusio. Si maioratus institutor alios descendentes, aut ascendentes habeat, quibus portio legitima in ipsis suis bonis debeatur, atque de bonis illa illi debita, sine Regis facultate, & sine practico eorum legitimo consensu, modo disputatione sequenti explicando, maioratus instituat, tunc vtique illicite, atque inualide eum constituit, tam in conscientia, quam in exteriori foro.

Quarta conclusio. Quando maioratus institutor descendentes habeat, quibus legitima portio in bonis ipsius ex legum praescripto deberet, siue Rex illi facultatem concedat in situendo maioratum de omnibus suis bonis, relinquendo ceteris liberis competentia alimenta, vt fieri consuevit, siue concedat facultatem instituenti maioratum de omnibus suis bonis, non exprimitendo vt ceteris liberis competentia alimenta relinquere, semper relinquenda sunt ceteris competentia alimenta, atque in ratione aliorum mentorum relinqui debet, vt habere pro ratione sui status, competenter possint. Quod si aliter instituat maioratus, neque competentia alimenta relinquatur ceteris liberis, iniqua & inualida est ea institutio tam in conscientia, quam in exteriori foro, quatenus competentia alimenta aliorum contingerit, eatenusque reuocabitur, moderamenque illi adhibebitur, etiam in foro exteriori, quatenus fuerit factus, vt ceteris liberis relinquatur competentia alimenta. Iniquam autem reputo facultatem, quae con-

Quinta conclusio. Quando maioratus institutor descendentes habeat, quibus legitima portio in bonis ipsius ex legum praescripto deberet, siue Rex illi facultatem concedat in situendo maioratum de omnibus suis bonis, relinquendo ceteris liberis competentia alimenta, vt fieri consuevit, siue concedat facultatem instituenti maioratum de omnibus suis bonis, non exprimitendo vt ceteris liberis competentia alimenta relinquere, semper relinquenda sunt ceteris competentia alimenta, atque in ratione aliorum mentorum relinqui debet, vt habere pro ratione sui status, competenter possint. Quod si aliter instituat maioratus, neque competentia alimenta relinquatur ceteris liberis, iniqua & inualida est ea institutio tam in conscientia, quam in exteriori foro, quatenus competentia alimenta aliorum contingerit, eatenusque reuocabitur, moderamenque illi adhibebitur, etiam in foro exteriori, quatenus fuerit factus, vt ceteris liberis relinquatur competentia alimenta. Iniquam autem reputo facultatem, quae con-

A tineat, vt de omnibus bonis constitui possit maioratus, non relinquendo ceteris liberis competentia alimenta: neque tutus esset in conscientia, qui, vi illius, maioratum institueret, non relinquendo ceteris liberis competentia alimenta, moderamenque princeps adhibere deberet in foro exteriori. Imò arbitror in Castellae, vbi legitima filiorum sunt solum octo partes ex quinquaginta, & septem partibus liberae relinquuntur, vt ex illis pro libito instituire possint maioratum, raro cedere debere facultatem; vt in maioratus institutione contingant legitimam reliquorum filiorum, praeter legitimam eius filij, qui ad eum maioratus immediate vocatur.

Tres priores partes affirmat Molina, cum plerisque alijs, quos citat, vbi supra, ad num. 10. easque intelligit, etiam quando filij habent aliunde competentia alimenta. Et prima, vna cum tertia, nempe quod quando facultas continet, vt relinquatur ceteris liberis competentia alimenta, iniqua & nulla in conscientia, & in exteriori foro, sit institutio, quae competentia alimenta eis non relinquere, reuocandaque sit, ac moderamen sit illi adhibendum, quantum satis sit, vt reliquis liberis competentia alimenta relinquatur, notissima ex se sunt. Etenim cum, seclusa ea facultate, reliquis liberis non sola competentia alimenta, sed etiam integra legitima, ex legum praescripto in conscientia, & in exteriori foro sine debita: sane, si contra facultatem concessam, instituit maioratus competentia alimenta ceteris liberis non relinquit, iniqua ea est in conscientia, & in exteriori foro, ac proinde reuocanda ac moderanda erit, ita vt competentia alimenta relinquatur.

Secunda item pars, vna cum tertia, nempe quod quando facultas continet, vt de omnibus suis bonis possit instituire maioratum, non exprimitendo vt ceteris liberis nulla in conscientia, & in exteriori foro, ea maioratus instituit, quae competentia alimenta eis non relinquere, sitque reuocanda ac moderanda, quantum satis sit, vt reliquis liberis competentia alimenta relinquatur, aut a maioratus possessoris eis praestentur, ex eo facile probantur, quod in concessione illa absoluta, intelligenda sit clausula & conditio apponi consuetae, sine qua esset iniqua, vt scilicet reliquis liberis competentia alimenta relinquatur. Et quoniam rescripta, & concessiones principum, ita sunt semper expronenda, vt nihil iniquum & contra rectam rationem contineant, vt cum gloss. 3. cap. paratus, 23. quaest. 1. & plerisque alijs, quos citat, recte Molina, vbi sup. nu. 13. ait, concinitque, l. 27. tit. 18. par. 3. versus finem.

Quarta vero partem, quod scilicet iniqua sit facultas, quae contineat, vt de omnibus bonis constitui possit maioratus, non relinquendo ceteris liberis competentia alimenta, neque tutus esset in conscientia, qui, vi illius, maioratum institueret, non relinquendo ceteris liberis competentia alimenta, moderamenque princeps in foro exteriori ei institutio- ni adhibere deberet, ex eo probare conatur Molina, vbi supra, num. 14. quod arbitror, de iure naturali esse, teneri patrem relinquere filijs legitimam, vique ad competentia alimenta eis necessaria: secus vero quoad excessum, ac proinde, quod quibus princeps dispensare possit cum patre in lege postituta, qua certa quota bonorum ipsius est eis debita in legitima, vt ea legem non obstantem possit instituire maioratum, contingendo eorum legitimas, non tamen possit dispensare, vt non accipiant tantum legitimam, quantum satis sit ad competentia alimenta: quoniam id esset dispensare in iure naturali, ad quod non le extendit principum potestas. Ego vero quamuis arbitror, de iure naturali esse, patrem, si possit, prouidere filijs

filij de alimentis, sine quibus vivere non possint, quando ea aliunde non habent, neque sua industria, & labore sibi illa comparare possint, satisque congruum esse existimem rationis recta ductu, seu instinctu ac propensionem naturali, qua parentes propendent, vt filij se sustentent, & sicque parent vnde absque vlla indigentia splendide viuunt; non tamen arbitror esse de iure naturali, vt alimentis, etiam necessaria ad vitam tuendam, illis relinquatur, aut tribuant, si aliunde ea habeant, aut sua industria & labore comparare illa possint, nedum vt competentia alimenta illis relinquatur, vnde accommodatè ad paternas diuitias, honoremque, & statum suum, ac parentum, temporalem hanc & caducam transigant vitam: præsertim cum, quod vnus in republica lauitis & splendidius, quam alius, viuat, altiorisque sit status & conditionis, quam alius, nihil ad ius naturæ atinet, quo solo spectato, nullus mortalium maior est alio, neque illi debetur splendidiior & lauitior vita, quam alijs. Quare aliunde partem conclusionis proposuit mihi persuadere. Nempe, quòd cum leges, quæ certam quotam bonorum parentum præscribunt filijs in legitimam, vnde sustententur, & familiam asportant, æquæ sint, rectæque rationis ductu, ac propensionem naturali, qua parentes filijs se sustentent, eosque perducere conantur ad statum, in quo non egeant, valde sint consentaneæ, in publicæque reipublice bonum cedant, & omnibus de republica communes sint, per easque filij ius sibi ad suas legitimas portiones comparauerint, recta ratio, æquitasque non patitur, vt in detrimentum ipsorum, principis vsque adeo dispenfer in iuribus, quibus legitimæ portiones ipsis sunt debite, vt neque congrua alimenta, iuxta opes, statum, ac conditionem parentum, ad ipsos per obitum parentum deueniant: maxime cum non multum reipublice expedit multiplicatio maioratus, si modo forte esset longè vtilius, non tot multiplicari, quot rei ipsa multiplicati sunt, & in dies multiplicentur: & cum plus satis multiplicentur, non contingendo legitimas aliorum filiorum, nedum non ita eas etiam contingendo, vt neque competentia alimenta ex magnis parentum opibus cæteris filijs relinquatur.

Vltimum verò partè ex eo mihi persuadeo, quòd cæteri liberi ius ad suas adeo moderatas portiones comparatione bonorum omnium suorum partem vltimum æquissimarum, omnibusque de republica communium, comparantur; neque a quitas patitur, vt principis, in tantum eorum detrimentum, dispenfer in eis legibus, iusque illud ab ipsis auferat, cum, vt proximè dictum est, maius bonum reipublice sit, portiones legitimas singulis liberis tradi, quibus, accommodatè ad opes paternas, competenter viuant, quam multiplicari & augeri maioratus, cum ipsorum detrimentum: præsertim cum sufficiat maioratus multiplicentur & augeantur, secluso eo cæterorum liberorum detrimento, vt etiam proximè dictum est. Equidem, quòd principis in eo dispenfer, quòd legitima eius, qui ad maioratus vocatur, vinculo primogenij subijciatur, etiam quando nullus alius est descendens, omniaque bona patentum in hoc Castella regno, iuxta communem, probabiliorèque sententiam, pertinent ad legitimam talis filij, præter quintum, idque siue parentes simul maioratum ex quinto, aut ex parte quinti, instituant, siue non, non adeo graue præiudicium tali filio inde sequitur, vt dicendum sit, illicitum, irrationabilemque esse eam dispensationem; quandoquidem tota legitima eidem filio manet, tamen vinculo primogenij alligata: multò verò minus detrimentum illi sequitur, si patres nepotem ex eo filio habeant, siquid ex tertio & quinto instituerent possent maioratum in nepote, ex illo filio ab eo maioratu: & multò adhuc minus detri-

mentum illi sequitur, si fratrem, aut fratres haberet, quoniam, vnà cum maiori, aut cum minoris sui legitima, quòd plures fratres haberet, acciperet in maioratum tertium, aut etiam quintum bonorum parentum; cum tamen possit à parentibus excludi à tertio & quinto. Cæterum quòd, si sint duo filij, vnus excludatur ab accipiendis integris quatuor partibus ex quindecim bonorum parentum, quæ ad ipsius legitimam spectat, vt alius plusquam ex vndecim partibus suæ legitimæ, & tertij, ac quinti bonorum patris, obtineat maioratum, sanè æquitas id non patitur: & multò minus æquitas patitur, vt si sint tres filij, duo excludantur, singuli quidem à minore portione suæ legitimæ, ac ambo simul à maiori portione, vt maioratus alterius, institutus ex sua legitima;

& tertio, ac quinto parentum, vltèrius augeatur; neque sanè id ego principibus consulerem, vti in eo dispenferent. Scio Molinam, vbi supra, præsertim num. 26. Couarr. num. 5. citato Anton. Gom. l. 4. c. 2. Tauri, num. 57. & per seque alios, contra iura affirmare, ductos, quòd lex, quæ tam legitimæ statuens, de iure sit humano, possitque proinde principis in illa dispenferare. Scio item receptum id esse in praxi ex eo fundamento, & ex autoritate eorum doctorum. Mihi verò, quòd dixi, plus placet. Fundamentum verò in contrarium, locum non habet, quando vlt legibus humanæ comparatum est ius tertio; & quando dispensatio non cedit in maius commune bonum; quam sit bonum, quòd perditur, seclusa ea dispensatione; & quam sit, quòd impeditur, adhibita ea dispensatione: in re autem proposita ius est quælibet filijs vlt legis humanæ omnibus communis, neque dispensatio cedit in maius bonum publicum; vt ostensum est.

Doctores hanc quartam conclusionem communiter statuunt. Quando aliquis omnino caret descendens, habetque ascendentes, licet maioratum instituit ex principis facultate de omnibus suis bonis, priuando ascendentes legitimam in bonis ipsius debita. Ita communis sententia, quam Molina, vbi supra, num. 28. refert. Ducuntur alio communi argumento, quòd legitima portio in bonis descendenti, solum sit ad ascendentes debita iure & statuto humano: principes autem dispenferat ex rationabili causa possit, vt sit legitima priuatur, cui iure humano est debita. Merito Couarr. num. citato, ait, ascendentes debita esse à descendens alimenta iure naturali, si ea non habeant, ac proinde consentiens, neque ex regia facultate posse institui talem maioratum, nisi relicta eis alimentis, sine quibus vitam trahere non possent. Imò verò dubitandum non est, necesse esse vt minimum illis relinquatur competentia alimenta, vnde accommodatè ad suam conditionem & statum, congruenter transigant vitam, quòd Molina, vbi supra, obseruat. Qui etiam addit, cum dispensatio, vt maioratus ex omnibus bonis instituitur, priuando ascendentes legitimam in eis bonis ex legum præscripto ipsis debita, fieri non possit, nisi ex sufficienti, ac rationabili causa; sufficienti autem

& rationabilis non fit, vt descendens in aliquo transferat maioratum instituat, qui non pertinet ad familiam ac sobolem ex ipso propagandam, sicut est legitima causa, vt instituat in vno descendenti, in quo nomen & familia institutoris conseruetur; sibi videri, non posse licitè eam facultatem concedi, nisi vt maioratus instituat in aliquo ascendenti, cui legitima debeatur, aut in fratre aliquo institutoris, ad quem ab eo ascendente deuenire debet maioratus. Ego verò, iuxta ea, quæ in probatione duarum vltimarum partium conclusionis præcedentis dicta sunt, existimo, quòd, cum ius sit questu ascendentes ad suas legitimas portiones ex eis bonis vlt legum æquissimarum, omnibusque de republica communi-

Quarta conclusio.

Sexta conclusio.

munium, quæ in recompensationem legitimatum, quæ filij debentur ex bonis paternis, parentibus eas legitimam in bonis filiorum concesserunt, quando filij descendentes non habent, præsertim cum scæpe ea bona à parentibus in filios emanant, & filij suum esse à parentibus acceperint, neque vtilitas tanta sit boni communis, aut institutoris maioratus, ea etiam via maioratus multiplicari ex legitima parentibus debita; nefas esse principibus dispenferare cum descendentes, sine ascendenti consensu, vt maioratus instituat ex portionibus ascendentes debitis, etiam si in vno ascendenti institueretur ex legitima alteri debita. Quando autem vnus tantum ascendenti legitima deberetur, in eoque maioratus institueretur, & post eum vocaretur ad maioratum filius maior natus eiusdem ascendentes, aut filius, quem ascendens veller, tunc, quia id in modicum, aut nullum detrimentum talis parentis cederet, posset princeps dispenferare, vt maioratus, etiam ex legitima ei parenti debita, institueretur.

Quinta conclusio. Si habens descendentes, aut ascendentes, cui legitima in bonis ipsius debeatur maioratum, sine Regis facultate instituat de ea legitima, & alijs suis bonis, ad quem vocet eum, cui ea legitima deberetur, sub ea tamen lege, ac conditione eum maioratum instituat, vt si i, cui ea legitima deberetur, consentire velit in eo grauamine, obtineat maioratum; alioquin accipiat solam suam legitimam, & incrementum deueniat ad alium; tunc, si ille expressè consentiat in eo grauamine circa suam legitimam, aut tacitè maioratum integrum accipiendo cum scientia, quòd maioratus sit ita institutus, valida eo ipso est ea institutio, legitimaque, vnà cum incremento, alligata manet vinculo maioratus: si verò non consentiat, liberam tunc accipit suam legitimam, & in incremento succedit alius. Conclusio hæc ex se est satis perspicua, & constat ex ijs, quæ disput. 177. à nobis dicta sunt. Reçèdè verò Couarr. capit. Raynaldus, de testamen. §. 2. num. 4. ait, in hoc euentu, validum esse pactum filij cum patre, & consensum filij in eo grauamine viuente patre, pro eo emolumento: quoniam non consentit gratis in eo grauamine, & quasi immutatione suæ legitimæ, sed pro emolumento maximo.

Sexta conclusio. Si quis maioratum sine Regis facultate instituat de legitima debita filio, quem non suum iura vocat, aut alicui ascendenti, & de alijs bonis, ad quem vocet eum, cui talis legitima deberetur, non apposta conditione, de qua præcedente conclusione habitus est sermo, valida est de iure communi institutio quoad incrementum, non verò quoad legitimam, sed legitima manet libera ab eo vinculo. Idem, iuxta communiorè ac verèram sententiam, est dicendum hodie de eodem iure communi, etio filio suo sit debita ea legitima, siquæ similiter vocatus sit ad eum maioratum. De iure verò Castellæ, si legitima sit debita filio suo, vel emancipato, sique vocetur ad maioratum, succedit quidem in omnibus illis bonis; legitima tamen, & incrementum, libera manent ab eo vinculo, & grauamine. Hæc conclusio tota asserta, & probata à nobis fuit disputatione 177. citata, eaq; de causa non plura hæc de hoc loco dicimus.

Sexta conclusio. Si quis maioratum sine Regis facultate instituat de legitima debita filio, quem non suum iura vocat, aut alicui ascendenti, & de alijs bonis, ad quem vocet eum, cui talis legitima deberetur, non apposta conditione, de qua præcedente conclusione habitus est sermo, valida est de iure communi institutio quoad incrementum, non verò quoad legitimam, sed legitima manet libera ab eo vinculo. Idem, iuxta communiorè ac verèram sententiam, est dicendum hodie de eodem iure communi, etio filio suo sit debita ea legitima, siquæ similiter vocatus sit ad eum maioratum. De iure verò Castellæ, si legitima sit debita filio suo, vel emancipato, sique vocetur ad maioratum, succedit quidem in omnibus illis bonis; legitima tamen, & incrementum, libera manent ab eo vinculo, & grauamine. Hæc conclusio tota asserta, & probata à nobis fuit disputatione 177. citata, eaq; de causa non plura hæc de hoc loco dicimus.

Remnatio successioni in bonis eius, in quibus renunciant legitima debetur, vno è tribus modis fit. Nihil impediens renunciationem, ripote nulla ipso iure, facta in totum, aut in parte ei, in cuius bonis renunciant legitima debetur, succedit renuncians in integram suam legitimam, & ab intestato in maior portionem, si maior portio ab intestato illum contingat. Quin renunciatio facta ei, in cuius bonis nihil debetur, nihil impedit, quo minus renuncians succedat illi ab intestato, & ex testamento.

Renunciatio, qua renuncietur legitime, aut successio sub iuramento, nec vi, nec dolo, nec metu extorto, valida est, & quam latè intelligenda. Excipiuntur renunciationes, de quibus disp. 149. dictum est.

DISPV T. 579.

Maioratus institutio ex legitimis alijs debitis, quando valida sine Regis facultate, ex consensu eorum, quibus legitima illæ debentur. Et quædam alia rei huius occasione examinantur.

S Y M M A R I V M.

1 Sicut inuaditum est pactum, quo quis sibi admittit facultatem testandi: ita de iure communi inuaditum est pactum, quo quis filia promittat, se equali portione institutum eam heredem cum filio: aut quo quis promittat, nullum filiorum melioratum præceteris, aut æqualiter diuisurum omnia bona inter filios.

2 Pacta hæc valida redduntur, si iuramento confirmantur.

3 In hoc regno, si quis contractu inter viros promittit, se non melioratum aliquem suorum descendenti, eaque de re conficit scripturam publicam, valet pactum, &que inuadit ea melioratio, si illam efficiat. Idem est si sine scriptura publica id pactum confirmet iuramento. Potest etiam probari rebus fuisse factum scriptura publica, si fuit deperdit.

4 Promissio in hoc regno facta circa meliorationem alicuius descendenti in tertio & quinto causa matrimonij, aut ex alia onerosa, valet. Si autem non fiat, facta censetur mortuo, qui illam efficiere promissit.

5 Qui valide promittit non meliorare filium, censetur promittere non meliorare nepotem, neque alium descendente.

6 Pactum de meliorando filio, aut filia, causa matrimonij, etio cum ipsi met fiat, & etio postea illud remittat alius qui cum ipsis intruit talis pacti contraxit, aut discedat sine liberis, valet.

7 Si is, cui facta est promissio de eo meliorando ex causa onerosa, aut instrumentum publico de non relinquo alteri maiorem portionem, moriatur non relicta sobole, expirat pactum: scilicet si sobolem reliquat.

8 Ut eiusmodi promissiones obligare desinant, non satis est remissio eius, cui facta sunt, si aliter vi illarum cum eo contraxit, etiam si ea remissio iuramento confirmetur: sed vtriusque est necessaria remissio, ac sufficit.

9 Eiusmodi promissiones inuadit iam hodie post legem Caroli V. in fauorem dotis filia facta vltra illius legitimam matrimonij causa. Secus comparatione filiorum, & etiam filiarum ad ingrediendum monasterium, & ad alia onerosa.

10 Si iuramento post eam legem Caroli V. se astrinxisset parens in augmentum dotis filie, non meliorare aliquem filiorum, aut meliorare filiam per vltimam voluntatem, nulla ex tali iuramento consurgeret obligatio.

11 Renunciatio successioni in bonis eius, in quibus renunciant legitima debetur, vno è tribus modis fit.

12 Nihil impediens renunciationem, ripote nulla ipso iure, facta in totum, aut in parte ei, in cuius bonis renunciant legitima debetur, succedit renuncians in integram suam legitimam, & ab intestato in maior portionem, si maior portio ab intestato illum contingat. Quin renunciatio facta ei, in cuius bonis nihil debetur, nihil impedit, quo minus renuncians succedat illi ab intestato, & ex testamento.

13 Renunciatio, qua renuncietur legitime, aut successio sub iuramento, nec vi, nec dolo, nec metu extorto, valida est, & quam latè intelligenda. Excipiuntur renunciationes, de quibus disp. 149. dictum est.